

X 1881632

II n
178

J.K.
121
45

J. N. J.
 NATALEM EMORTUALEM
 EXEMPLIS PROBAT,
 ET SIMUL AD
ACTUM ORATO-
RIUM,

QVO QVÆSTIO:
 AN LINGVÆ ET QVÆNAM
 DISCENDÆ SINT:
 VENTILABITUR,

AD XI. MARTII M DC LXXXV.
 HABENDUM
 INTIMAT

Jo. AUGUSTINUS EGENOLFUS,
 CRUCIANI RECTOR.



DRESDÆ,

TYPIS VIDUÆ ET HÆREDUM BERGENII.





Erratum est mihi hunc emortua-
lem facere ex natali die, Ballio inquit
 apud Plaut. Pseud. IV. 7. 139. qui paulo an-
 te servos seu lorarios facie dum ad offi-
 cium his excitaverat verbis: *Mihi hodie*
natalis dies est, decet eum omnes vos con-
celebrare, &c. magnificè enim volo sum-
mos viros accipere. Pseud. I. 2. 32. Veteri
 nimirum consuetudine, quâ lucis annuæ, quam principem vi-
 tæ habuerant, celebrandæ causâ, merum Genio fundentes cœ-
 nam amicis dare solebant. Gell. XIX. 9. quâ de re prolixius in
 Commentat. nostra de Die natali. Confer. Horat. Rappolti pag.
 304. 573. Postquam autem à Pseudolo sublitum sibi os intellexit
 leno, Emortualem ex natali facturum se ait suæ desperans omni-
 nò salutis. Locum hunc non ita pridem sano sensu in memo-
 riam revocavimus, quando pius quidam, diligens & obediens
 admodum Discipulus noster, *Johannes Christophorus Richt-*
erus, Dresdensis, ipsis Februarii Calendis, quibus anno 1663. edi-
 tus erat in lucem, suo in Servatore JESU, cum rebus humanis
 valedixisset, placidè obdormivit. Putavimus etiam, inconsul-
 tum haud fore, si data ad manum Programmatis scribendi oc-
 casione de Natali Emortuali commentaremur, & in discipulo-
 rum gratiam, quæ & ipsi antehac inter legendum annotavimus,
 cum aliis benevolè communicaremus, imprimis cum fautori-
 bus & amicis, qui, hæc & id genus alia publico nos debere bo-
 no, scribere non verentur. Non autem hic de Definitione no-
 minali, nec reali, ut Logicorum filii siveverunt loqui, sumus so-
 liciti, cum omnibus, qui hæc lecturi sunt, satis notas etiam ex il-
 lis, quæ brevi post dicentur, nequaquam dubitemus. Neq; de
 Natalibus Martyrum agimus, quo nomine dies, quo martyrio co-
 ronati sunt, intellexerunt veteres. Quod ex Augustini de diversis
 Sermone XVI. & XCV. qui de S. Stephano agunt, & Sermone I.
 de Sanctis, qui tamen à quibusdam Fulgentio Carthaginensi, Epi-
 scopo Ruspensi tribuitur; ut & Ambrosii, Episcopi Mediola-
 nensis, qui circa finem seculi quarti cum Augustino vixit, tom. III.
 Orat. de fide resurrect. ostendit Sagittarius de Natalit. Martyr. c. I.
 Neque illis de diebus, quibus nascuntur alii, alii moriuntur nobis
 sermo est, quales Calendæ Maji 1218. fuere, quibus Rudolphus
 Habsburgicus, post Imperator Romanus, natus, Otto verò IV.
 ab omnibus relictus miserrimè denatus est. Unde Distichon:

GIgnit Vr HabsbVrgVs VIVaCI stIrpe RoDoLfVs,
eX terrIs qVartVs qVa fVgIt Otto DIe.

Dornav.

Dornav. in paneg. Rudolfo dicto p. 10. Docet certè experientia; sicut sol oritur & occidit quotidiè, ita hominum alios edi in lucem, alios eidem valedicere, juxta Sir. XIV. 19. Tandem & Nates infantum recens natorum, qui eisdem, quibus nati sunt, diebus extinguntur, hunc in censum non veniunt, quippe qui epilepsia vel in utero correpti, vel alias ob causas infirmi & debiles hac lege venerant, ut brevi abirent. Qui autem Hodie nati elapso aliquot annorum spatio mortem cum vita commutaverunt, vel violenta extincti sunt, vel sua morte defuncti. Antoninum Bassianum Caracallam natali suo, octavo Idus Aprilis, ipsis Megalensibus, cum ad requisita naturæ discessisset, à Macrino, prætorii præfecto, qui imperium invasit, positus interemptum esse infidiis refert Ælius Spartianus in ejus vita p. m. 205. Odonathus, homo Palmyrenus, natalitiam peragens celebritatem ex infidiis interfectus est, referente Zosimo, Christianorum Imperatorum Sugillatore Hist. l. 1. pag. m. 11. De L. Æmilio Victore, qui pridie natalem suum XXII. sanum se ipse necavit, vide veterem Inscriptionem apud Pareum Elect. Plautin. p. 421. Sed & nostri temporis non desunt exempla. *Andreas Fürstenhauptius, Civis & Mercator Lipsiæ præcipuus, die 5. Martii 1607. natus eodem die 1649. cum pridie circa vesperam inopinato atq; infelici de scalis lapsu cranium lethaliter vulnerasset, exactis 42. etatis annis denatus est*, observante magni nominis Theologo J. B. Carpzovio, in ultimo Natali, h. e. Concione funebri Catharinæ Wincleriæ, natu Weiffiæ habita, quæ & ipsa die & hora natali, cum XXV. annos vixisset, d. 18. Januar. 1679. beatorum in numerum est relata. Sic anno eodem 26. Septembr. Lipsiæ pergit ad parentum ædes circa vesperam juvenis unius & viginti annorum, Christophori Schubarti, Fullonis purpuræq; Inspectoris, honestæ famæ vitæq; integræ civis, filius artem chirurgicam edoctus, & in temulentos quosdam e præsidio milites incidit, qui stricto gladio confodiunt insontem, ut lethalibus casim punctimq; illatis vulneribus ipso die, qui anno 1658. natalis ei fuerat, animam beatè & sacræ Synaxeos epulo viaticatus exhalarat. Laudatus modo Theol. scribit loco cit. Idem vulgò traditur de Julio Cæsare, qui Martiidibus in curia Romana tribus & viginti plagis confossus est. Non autem sufficit Marci Antonii Sabellici, qui allegari solet, autoritas, cum neq; ex Cicerone, Plutarcho aut Svetonio probari possit, diem illum Cæsari natalem fuisse, sed in Idus Julii hunc potius incidisse, & Cæsarem eum felicem semper habuisse Alexander ab Alex. qui Sabellico coævus fuit, scribat IV. 20. p. 233. Quemadmodum nec certo nituntur fundamento, qui Belsazerum Chaldæorum Regem natali suo interfectum putant. Dan. V. 1. 30. Verum tempus est, ut illo-

rum, quos sua morte defunctos esse natali die satis constat, ex-
 empla referamus. Hoc decessit Plato, & annum unum atque
 octoginta implevit sine ulla dubitatione. Ideo Magi, qui tunc
 Athenis erant, Platoni immolaverunt, amplioris eum fuisse
 sortis, quam humani rationi, quia consummavisset numerum
 perfectissimum, quem novem novies multiplicata conficiunt.
 Atque, quod mirum est, ea adhuc etate, & eo ipse die scribebat.
 Ex Epist. LIIX. Senec. Vita Platonis operibus ejus præmissa. Hinc
 Cicero: *Quietè & purè & eleganter acta etatis placida ac le-
 vis est senectus, qualem accepimus Platonis, qui uno & octo-
 gesimo anno scribens mortuus est.* Caton. n. 13. Plura Zwinge-
 rus in theatro vitæ hum. VII. p. 561. & qui ad verbum descripsit,
 Hildebrandus in Natal. veter. recensent, quos secutus si fueris in
 omnibus, falleris certè & alios falles. Videamus quædam ordine.
 Primum est Antipatri Sidonii Poëtæ, de quo Plin. nat. hist. VII. 51.
 & Valer. Maxim. I. 8. externa 14. Secundum de Alexandro Ma-
 gno, si non falsum, incertum tamen est. Justinus sanè tribus &
 triginta vitæ annis ejus mensem addit l. XII. 16. Arrianus verò scri-
 bit lib. VII. fine: *Ἀλέξανδρος ἐβίωσε δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἔτετα μῆνας
 ἔλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστοβύλος.* i. e. *Vixit Alexander annos duos
 & triginta, & tertii menses octo, ut auctor est Aristobulus, qui,
 quantum ex Arriani proœm. colligitur, Alexandrum in bello se-
 cutus est. Consentit Christ. Matthiæ in theatr. histor. p. 333. & 334.
 Vide Raderum in Curtium X. 7. p. 646. Qui & ipse contra Plu-
 tarchum, Alexandrum ab Alexandro, Volaterranum, alios, non
 octavo Idus Aprilis, sed five pridie, five ipsis Calendis Quintilis,
 quo die templum Ephesiæ Dianæ ab Herostrato fuit incensum,
 hunc nostrum natum esse, ostendere conatur. Synops. Curtio
 præmissa c. 7. & 8. Aliter supplementum Curtianum ex opti-
 mis collectum auctoribus lib. I. 3. *Cum domum redisset Philip-
 pus, natus est ipsi Alexander filius ex Olympiade uxore, VIII.
 Idus Aprilis, dicit Plutarchus: ab eo autem, qui illum in lati-
 num convertit, scribitur circa Idus Augusti, quod sanè, cujus
 sit error, dubium est. Quod si verò vel unum, vel octo menses
 ultimo natali supervixit, quo modo hic emortualis ejus dici pote-
 rit? forsan exinde ortus est error, quod Lampridius eo, quo Ale-
 xander Severus Imperator Roman. XXV. natus est, die decessisse
 Magnum illum scribit. Lampr. Alex. Sev. p. 232. Singula Zwin-
 geri exempla hic recensere & temporis & chartæ angustia non
 permittit. De Melanchthone satis constat, nequaquam illum na-
 tali suo obiisse. Tabula docet id ænea Wittebergæ in templo Cœ-
 nobii Franciscanorum, cujus ad dextrum latus ipsum natum
 1497. die 16. Febr. mortuum vero 1560. 19. Aprilis, legi potest. Vide
 Inscriptiones Svevi Nnn. 3. & Sennerti p. 138. Conf. Calend. Eberi,
 qui**

qui Melanchthonem confecto suo curriculo d. 63. post completum annum 63. obdormivisse observavit. De Hermolao Barbaro, Francisco, Duce Lunæburgensi, & Casimiro, Marchione Brandenburgensi vide eundem Autorem p. 180. 375. & 315. Præterea M. Ofilium Hilarum, Comœdiarum Histrionem, natali suo medias inter epulas expiravisse Plinius tradit Histor. nat. VII. 53. Historiam ex Plinio integram in sua transtulerunt Lips. Elect. I. p. 360. & Salmuth Panciroll. part. I. tit. LI. 259. *Franciscus Bandinus, Abbas in aula Romana notissimus, quæ die natus 19. Decembr. eadem quoque est defunctus, ut quater novennalis rebus suis numerus acciderit, decima nona die natus, decima nona defunctus, ætatis annum agens vigesimum nonum, anno Domini 1579. Quod annotavit, qui illi sepulchrale elogium scripsit Roma in æde S. Sylvestri in Quirinali.* Majol. dieb. Canic. parte I. p. 153. Wilhelmus de Rode, Miles, Lipsii cognatus 1392. natali suo obiit. Lips. Lovan. II. 8. p. 62. Petrum Pithœum Jctum Calend. Novembr. natali suo 1397. mortuum esse, idque commune illi cum maximis Veterum, Platone, Attalo, Mario, Pompejo, Gregorio Magno fuisse ab amicorum curiosa sedulitate notatum observat *Josias Mercerus* in vita Pithœi, operibus ejus subjuncta pag. 826. 829. 831. 833. 835. Commodè hic se offert Epigramma Græcum:

Δις δὲ ἀδελφῆς ὡδ' ἐπέχῃ τὰ ΦΘ. ἐν γὰρ ἐπέχον
ἡμᾶς καὶ φρεῆς οἱ δύο καὶ θανάτῃ.

Quod Thomas Morus, infelix Angliæ Cancellarius, ob improbatum Henrici VIII. Regis sui divortium Londini percussus securi, eruditè vertit:

*Quatuor hic tumulus fratres complectitur: Ex his
Lux simul una duos & parit & perimit.*

Paulo aliter Gvilielmus Lilius, & ipse Britannus, Ludì literarij, quem Londini Coletus instituit, magna cum laude Moderator:

*Quatuor hic tumulus fratres habet: Una duobus
Lux & natalis mortis & una (illa) fuit.*

Vide utriusque epigramm. p. 7. Matthias Berneggerus, Argentorati Histor. P. P. anno ævi hujus quadragesimo, ipsoque natali suo 58. humanis rebus exemptus non tam finivit mortalitatem, quam beatam eternitatem inchoavit. Spizel. Templ. hon. p. 355. Joh. Melchior Försterus, Consul Erfurtensis, d. 1. Octobr. 1673. annos explevit 76. eoque die decessit Stenger. Conc. Funebr. Nec Dresdæ deesse possunt exempla: Johanna Dorothea Götzia, natu Bünavia, brevi post partum obdormivit natali suo 17. Julii 1676. cum vixisset annos triginta & tres horas. Concionem funebrem habuit Dn. D. Joh. Andr. Lucius, tum temporis medius, hodie vero primarius Elect. Ecclesiastes aulicus. Sic & beatissima Anna Sophia Schubartia, ortu Braunia, natalem habuit emortualem abhinc fere triennium. Cujus pro cathedra laudes dixit Dn. M. Christianus Lucius, Ecclesiastes Urbicus. Hinc Epicedium:

B

Cbri-

JK II 178

Christophori quæ luce sacra feliciter ante
quadraginta annos edita quing. fuit,
Christophori jam luce sacra discedit, & ipso
Natali Christo tendit ad astra Duce, &c.


Natali suo, Dorotheæ sacro 1681. beatam expectabat analysin
Isaacus Starckius, Cruciani nostri Collega tertius supra XXVII.
annos meritissimus, sed differebatur illa in diem subsequentem
7. Febr. ut esset annorum sexaginta & unius fere diei. Quidam
natali suo terræ, cõmmuni omnium matri, redditi sunt. Adria-
nus nempe Stegerus, Senator Lipsiensis multæ celebritatis d. 18.
Kal. Jul. 1650. ætatis 65. Rappolt. Poëmat. p. 294. Daniel Gothofr.
Centnerus, noster quondam discipulus 16. annos natus, Dresdæ
illatus est sepulchro d. 2. Octobr. 1664. Quemadmodum & Ca-
rol. Magnus vitæ & sepulturæ eundem habuit diem, teste Kranz.
l. 2. Saxon. c. 20. Coronidis loco Cippi sepulchralis hic facimus
mentionem, quem mortalitatis bene memor Anno 1662. d. 26.
Jul. ante annos 64. natali suo, Christianus Laurentius ab Adlers-
helm in templo Nicolaitano Lipsiæ fieri sibi voluit. Nihil qui-
dem ea in re mysterii quærimus aut ominis, cum quilibet beate
mori possit vel quotidiè, memoratu dignam tamen judicamus
haud immerito, interim Mortis diem Natali longè meliorem
cum Ecclesiaste VII. 1. indubitanter pronunciamus. Sed satis de
hisce.

Nunc ad actum Oratorium, quo pii quidam & diligentes è no-
stris Discipuli Quæstionem: *An Lingvæ & Quænam sint discendæ:*
futuro Mercurii die, finita Concione sacra, decidendam sibi sument
ordine sequenti:

- Job. Georgius Scharff* / Reichstadio Misn. dictam Quæstionem
proponet.
- Caspar Fridericus Große* / Coselic. Misn. Lingvarum Studium im-
probabit.
- Christianus Kloss* / Stolberg. Lingvam Græcam,
Leonhardus Sturm / Waldheim. Hebraicam,
- Gothofredus Weise* / Wilstruff. Latinam commendabunt.
- Polycarpus Kunadus*, Mitweidens. quod à soluta oratione initium
lingvas addiscendi faciendum sit, ostendet, atque Latinos,
qui potissimum legendi sint, Autores nominabit.
- Job. Georg. Scharff* / rem omnem expediet, & præmissâ gratia-
rum actione, auditorium dimittet.


Qui pietatem & diligentiam Scholasticorum amant, nostros & nostro-
rum conatus nequaquam improbabunt, sed signa patrociniæ & favo-
ris edituri benevola applaudent manu. Vale Lector optime.

Dresdæ è Museo VIII. Idus Martii, Anno
M DC LXXXV.




107





Ertum est mihi hunc emortua-
lem facere ex natali die, Ballio inquit
apud Plaut. Pseud. IV. 7. 139. qvi paulo an-
te servos seu lorarios facie dum ad offi-
cium his excitaverat verbis: *Mihi hodie*
natalis dies est docet eum omnes vos con-

nimirum conf
tæ habuerant,
nam amicis da
Commentat. no
304. 573. Postq
leno, Emortual
nò saluti. Loc
riam revocavim
admodum Disc
rus, Dresdenfis
tus erat in lucem
valedixisset, plac
tum haud fore,
casione de Natali
rum gratiam, qv
cum aliis benevo
bus & amicis, qv
no, scribere non v
minali, nec reali,
liciti, cum omnib
lis, qvæ brevi pos
Natalib9 Martyru
ronati sunt, intelle
Sermone XVI. & X
de Sanctis, qvi tame
scopo Ruspensi tri
nensis, qvi circa fin
Orat. de fide resurre
Neqve illis de diebu
fermo est, qvales C
Habsburgicus, pos
ab omnibus relictus



ificè enim volo sum-
Pseud. I. 2. 32. Veteri
vam principem vi-
enio fundentes cœ-
â de re prolixius in
orat. Rappolti pag.
um sibi os intellexit
æ desperans omni-
no sensu in memo-
ligens & obediens
stophorus Richt-
bus anno 1663. edi-
um rebus humanis
etiam, inconsul-
natis scribendi oc-
, & in discipulo-
um annotavimus,
imis cum fautori-
o nos debere bo-
Definitione no-
oqvi, sumus so-
notas etiam ex il-
temus. Neq; de
vo martyrio co-
astini de diversis
nt, & Sermone I.
rthaginensi, Epi-
scopi Mediola-
no vixit, tom. III.
alit. Martyr. c. I.
moriuntur nobis
ribus Rudolfus
, Otto verò IV.
de Distichon:
Vs,

Ignit Vr Habs
ex terrIs q... *q' w J rgit Otto Die.*

Dornav.

